

1076, gener, 22

Sunifred Domènec, dit Sunifred Carbonell, ven a Sant Daniel la meitat d'una terra situada a Vila-roja, pel preu de quatre unces de Barcelona.

ASD núm. 12, perg. orig., 135 x 377 mm. Còpia: *Llibre de cabrevacions de Setcases*, núm. 92, f. 151.

In nomine Domini, ego Seniofredus Dominici qui uocatur Seniofredus Carbonel uinditor sum tibi Arsindi, abbatisse Sancti Danielis Ierundensis cenobii et sororibus in eodem cenobio manentibus, terram uel aladern meum proprium, idest uinea una que est in comitatu Ierundense, in parrochia Sancti Felicis de Ierunda uel in locum qui uocatur Uillarubea. Aduenit namque mihi predicta omnia per comparacione siue per alias uoces; et afrontat a parte orientis in serra uel in terra Sancti Petri de Gallicantu, de meridie in terra que fuit de Alba et in terra de Martina et in terra que condam fuit de Raimundo Olibani, et de occiduo in uinea Sancti Danielis, de circi in uinea que olim fuit de Raimundo Olibani et in terra Sancte Marie. Quantum infra .nu.or istas afrontaciones includunt, sic uindo uobis emptoribus, cultum uel erenum, uie ductibus uel reductibus, cum exiis et regressiis earum, idest medietatem de cuneta terra prescripta que ego cum Guitardo filio meo emi. Est autem precium quod u.os prescripte datis mihi de predicta terra .un.or uncias numeratas ex maneta Barchinone, et nihil uobis emptoribus de hoc precio remanet, et est manifestum. Ego uero predictus Seniofredus cuneta prenotata que habeo uel habere debo in predictis locis sicut suprascriptum est, de meo iure in uestro trado dominio et potestate ad faciendum quodcumque uolueritis. Si quis contra hec uenerit ad irrumpendum, non hoc ualeat uendicare, sed componat in duplo cum omni sua melioracione, et inantea hec carta uenditionis firma et stabilis permaneat modo et omni tempore.

Actum est hoc .xr. kalendas februarii anno .XVI. regnante rege Philippo.

Sig+num Seniofredi Dominici qui uocatur Seniofredus Carbonel, qui hanc cartam scribere iussi et firmaui et testibus firmare rogaui. Sig+num Garsindis, uxoris sue. Sig+num Gauzberti. Sig+num Guilielmi Bonipari. +Bonifilii presbiter^{**}. Sig+num Arnalli. Sig+num Amati.

(s. man.) Isarnus sacer, qui hanc cartam uendicionis rogatus scripsit, die et anno quo supra.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 80-81